

7
DELICIARUM
EPISTOLICARUM
FESTIVALIUM

Exercitatio Septima
PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO
Rectore Gymnasii Hallensis


Respondente
JOHANNE Deutschmann Jutrebogâ
Saxone

INFESTO PURIFICATIONIS
MARIÆ

Cl. DC. XLIII.

HALLIS SAXONUM

Typis Christophori Salfeldi.





EPISTOLÆ

In Festo Purificationis Mariæ

ANALYSIS

Malach 3. v. 1, 4.

THESIS I.

A *Anna 1. Saml. 1. 20. ubi diu sterilis, demum precibus effecta mater, natum Samuelem obtulit in templo, sanctum Deo, vituloq; gratiarum actionem fecit. Aequè Maria mater Domini obtulit filium secundum consuetudinem, & quia pauper unà par turturum: ut auerens sciretur, qualis ille Filius oblatus, Simeon Spiritus plenus ipsum descripsit, dum Dominum vocavit, dum Lucem nominavit, dum Salvatorem deprecavit.*

2. *Idem de hoc Domino habetur in lectione Epistolica, que desumpta est ex Malach, 3. Ubi*

) (2

par

partim habetur de Domino & de ejus presentia,
cujus antecedens est in via preparatione v. 1. In
quo tum ablegatio præcursoris: ubi præmitti-
tur particula attentionis Ecce: ut excitaretur
populus, siquidem adhiberi solet in talibus, potissi-
mum ubi rei novitas Esa. 7, 14. affirmationis
veritas Gen. 1. 29. ut sit $\pi\alpha\sigma\eta\tau\iota\kappa\eta$. quippe re-
spondet hic Propheta querela impiorum ac si De-
us in judicijs lateat, qui puniat & prænunciet Chri-
stum venturum Judicem, uti Theodoretus &
Hugo notant. Et efficiens causa, dum dicitur
ego mitto. per quod intelligitur ipse Christus
uti patet ex Luc. 1, 17, 76. ubi Zacharias il-
lud dictum applicat. Deinde quia Iohannes Ba-
ptista, de quo textus loquitur, non preparavit vi-
am ante Patrem & Spiritum Sanctum, sed ante
Filium. Et quamvis Matt. 11, 10. dicatur:
Ecce mitto ante faciem tuam: tamen intelligen-
dum est partim de Deo, quod cum opera Tri-
nitatis ad extra sint indivisa, & tribus personis
communis, æquè adscribi possit Patri & Spiri-
tui Sancto; Et cum Christus Matt. 11, 10. lo-
quatur Judæis, ne ab illis arrogantia insimu-
laretur, voluit modestiæ causa Patri id assigna-
re, ut in Malachia intelligatur Filius, in Mat-
theo Pater & Spiritus Sanctus, ut id Hierony-
mus interpretatur: partim etiam de seipso ho-
mi

mine factio licet enim in Christo sit una dun-
taxat persona, tamen illa, virtute est duplex, ut
loquatur Christus Deus Christo homini, uti Ha-
ymo, Hugo, Lyra habent. Non ergo solus Spiri-
tus Sanctus intelligitur secundum Hierony-
mum; nec solus pater secundum Tertullianum
lib. adversus Judæos. c. 9. Chrysoft. hom.
5. 1. 1. Galatinum lib 3. c. 12.

3. Tum vocatio. ubi notanda denomina-
tio quod sit Angelus, ut ita describatur ab i-
pso nomine; per quem angelum intelligitur Johan-
nes Baptista, quemadmodum ipse Christus an-
nunciat & interpretatur Matt. 11, 10. Luc, 7.
27. Mar. 1, 2. Et vocatur angelus Johannes-
Baptista ob ministerium precursoris, quod tan-
quam legatus premissus sit, ad preparandam
Christo viam per fidem & poenitentiam; & quod
primus Evangelii nuncius advenerit, & ob insi-
gnem puritatem & veritatem, uti Tertul. Chry-
soft. hom 32. in Act. Hieron. Theodoret. &
Rupertus explicant. Non verò intelligitur, uti
Abenezra voluit, filius Joseph; neq; Elias, nisi
typicè intelligantur, & mysticè; siquidem neuter
preparavit viam Domino. Neq; Christus, uti
Euseb. habet lib. 5. Demost. Evang. c. 28.
propterea & de primo adventu intelligendum,
non de ultimo. Neq; alius est angelus, uti Kim-
chi

chi voluit ex Exod. 23.20 quia iste est increatus.

4 Et præstatio, dum describitur ab officio seu ipsa re, quod sit paraturus viam ante faciem: per concionem scil. pœnitentia secundum annunciationem gratia divina, quem admodum prædictum erat Esa 40, 3. Id quod diligenter expeditum & peractum Luc. 1, 15. & seqq. Job 1, 6. & seqq. Hoc enim est ministrorum Ecclesie officium, ut sint angeli Mal. 2, 7. Hagg. 1, 13. Apoc. 1, 20. sed parantes viam Domino per concionem pœnitentia, & per Evangelii promulgationem Luc. 24, 47, ita enim erit expedita via, uti Hebraicum pinne innuit: quod quidem Septuaginta per ἐπιβλέψετε interpretati sunt; sed rectius Evangelista Matt. 11, 10. Marc. 1, 2. per κατασκευασει expresse- runt: Per faciem autem intelligitur Christ^o, quem admodum & alibi imago Patris appellatur Heb. 1, 3. Num. 6, 25. Psal. 79, 8. quia na- facies representat totum hominem, ita Christus perfectè patrem. Quamvis rectius dicatur coram me propter præfixam particulam, contra Galatium, qui ita transtulit lib 3. c. 12. Cyrill. Theod. R. Hadarsan super cap. 22. Gen.

5 Consequens habet cum circumstantiam temporis seu adjunctum, quod sta-
tima

tim venturus sit, videlicet premissio præcursore
Johanne: quod & factum testatur Luc. 2. Et si
enim anni ferme 500. residui erant à temporibus
Malachia ad nativitatem Christi, tamen statim
venire dicebatur, tum respectu Dei ad quem mil-
le anni sunt instar unius diei, uti loquitur Petrus
2. Petr. 3, 8. tum respectu conditionis illorum
temporum, ubi propter perturbatum Reipub. sta-
tum, propter exactiones Romanorum, adventus
Christi verè erat inopinatus & repentinus. Ideo
cum protelat Deus interdum, non timeamus,
sed potius misericordiam veneremur, qui longa-
nimitate nos invitat ad pœnitentiam Rom 2, 4.
6. Et loci seu subjectum, quod ven-
turus ad Templum suum, nimirum ad Hiero-
solymitanum, quod tempore Malachie reedifica-
tum erat de quo Hagg. 3, 10. uti habet: Hieron.
Dionys. Hugo. Non ad palatium, uti Arias
Montanus exposuit, quia verè ad templum ve-
nit, & sacrificium Deo obtulit, imò in eodem do-
cuit & miracula edidit, uti patet ex Matt. 21,
12 & 24. 1. Job. 7, 14. & 8, 2. Luc. 1, 46.
Per templum quidem typicè intelligitur Ecclesia
Novi Testamenti, ut exinde colligatur quòd sit
verus Deus, quia templum fuit domus Dei veri
& aeterni Esa, 5. 6. uti & promisit Matt. 18,
20. Quamvis alii, uti August. lib. 18. de Civ.
Dei

Dei c 35. & Theodoretus per templum intel-
ligant incarnationem, quia corpus eius templum
nominatur Job. 2. 19. Sed malè, quia jam vene-
rat in carnem, ubi prepararat Iohannes viam.
Venit etiamnum ad templum suum, nempe ad
credentes & pios, qui templa sunt ipsius & Spi-
ritus Sancti 2. Cor. 6, 16. uti & Bernhardus
sermone ad Quæstores in Synodo inquit:
Templum Dei sanctum est, quod estis vos, sedes
& templum Dei estis: Dominus in templo suo facit
mirabilia & præbet oracula, veniet ad templum
suum dominator, quo possimus dominari carnali-
bus desideriis & diabolicis resistere tentationibus.

7. Tum continet personam, ubi præ-
mittitur descriptio venientis partim, quia vo-
catur Dominator psal. 110, 1. Dan. 9, 17. nemo-
pe ob potentiam, in quo tanquam in basi &
fulcro omnia consistunt Col. 1, 17. quiq; portat
omnia verbo virtutis sue Heb 1, 3. Et intelligitur
secundum Kimchi Messias simulq; additur, quem
queritis id est quem expectatis ex Esa. 64, 1.
Hagg. 2, 8. Luc. 2, 10. Junius quidem & Tre-
mellius in malam accipiunt partem, quasi di-
cat, etsi putatis longè abesse aut nunquam futu-
rum; tamen contextus potius desiderium innuit;
nec est quod alius asserat bonum, malè quari posse.

se

se ac cum ludibrio expectari, uti constat ex Esa.
5, 19. Amos 5, 18. 2. Pet. 3, 3.

8. Partim quod sit Angelus Testamenti:
ut ita destinguatur. Angelus ex gratiâ, qualis Io-
hannes propter officium, quia fuit legatus Dei,
& propter parcissimum cibum, ut ferè vixerit
instar angeli, & inter Angelum fœderis; quod uti
duplex Judaicum vetus, & Christianum novum,
ita Christus utriusq; fuit Angelus, uti Hieron.
Ambros. l. 2. de fide c. 3, & Epist. l. 3. Epi. 9.
Clemens Alexandr. 3. Christus enim 1. à Patre
missus apparuit Mosi in Sina, per eumq; vetus
fœdus cum Judæis inijt. 2. Christus fuit promissus
Abrabæ ac semini ejus. 3. legatus & conciliator
N. Testamenti dum à Patre mittitur in mundum.
Gen. 48. 16 Esa. 63. 9. dum in ipso. novum fœ-
dus gratia Dei fundatur Jer. 31, 33 per ipsum
promulgatur Heb. 9, 19. Esa. 42, 6. De quo dicitur,
quem vos vultis: siquidem p̄ exultant in adven-
tu Domini, & jubulant Zach. 9, 9. Nec enim
verba illa in malam partem accipi possunt, uti
Junius & Tremellius volunt, quasi foret sensus
in cuius justificatione delicias aguis, siquidem
verbum Caphetz ex constanti usurpatione in Bi-
blijs contrarium arguit. Qui igitur participes fi-
eri volunt beneficiorum N. fœderis ad Ange-
lana

lum fœderis accedendum est ex Act. 4, 12.

9. Et ratio mittentis, per recitationem. Ubi iterum vox Ecce repetitur, ut certitudo ad ventus futuri Messia ostendatur: Et additur quod veniat, quod ingeminatur propter rei certitudinem. Et per descriptionē quod hoc dicat Dominus exercituum, qui est Deus Zebaoth; per quem intelligitur Deus, qui est universarum creaturarum Dominus ob mirabilem observantiam & ordinem, in quo create Sap. 11, 22, Non enim est nomen Dei proprium, sed est descriptio, cum Zebaoth sit nomen plurale, uti Euseb. l. 5. de Demost. c. 28. Et Chrysof. in Parænesi priori ad Theodos. lapsam, Theodoretus, August. l. 18. de C. D. c. 35. & lib. 20. c. 25. Et hic non intelligitur secundus, sed aequè primus adventus, uti Theodoretus; non uterq̄, uti Hieron. Haymo, Hugo, Isidorus. Cyrillus.

10. Partim de officii excellentia, in examinatione v. 2. In quo in genere per declarationem respectu adventus, dum inquit quis poterit cogitare diem adventus ejus, id est quis poterit apprehendere adventus Messia diem & admiranda bona, quæ ipsius adventus afferet, uti verbum mekalbelidem denotat, ac ad calculum disponere, quasi non possint sustineri ab hypocritis, & impijs, quæ in eo die per Messiam perficienda sunt.

Nec

Nec enim capere h. l. idem est quod intelligere in
Hebraea, licet in Graeca & Latina lingua. Re-
spectu modi & quis stabit ad videndum eum,
id est quis oculis sufferre poterit tantam solis lu-
cem & justitiae majestatem? uti & Rex Herodes
turbatus est, & tota Hierosolyma cum illo Matth
2, 3. & in urbe die Palmarum commoti sunt
omnes Matth. 21, 10.

II. In specie subjicitur ratio ab effectu,
quæ illustratur similitum ab igne, quia ipse
quasi ignis conflans; nempe uti aurifaber scori-
as in metallo separat per ignem; ita Christus est
instar ignis conflatoris: habet enim ignem crucis,
quo credentes suos explorat & scorias peccatorum
defecat 1. Pet. 1, 7 eodemq; igni ligna, fœnum, sti-
pulas excoquit ex 1. Cor 3, 13. Iuxta illud psal.
16, 13. Habet & ignem judicij, quo comburet in-
extinguibili reprobos Matth. 3, 12 uti Hieron.
sic exponit, quia Deus est ignis consumens Dent.
4, 24. & uti ignis calore suo metalla liquefacit
& puriora reddit, ita Christus verbo suo piorum
corda dissolvit & à peccatis purgat. Tum simili-
ducto ab artificio fullonum, cum inquit: Et
quasi herba fullonum: fullo enim dealbat pan-
num ut candorem consequatur, sicut ejus officium
depingitur Marc. 9, 3, unde & candor ille panni
lumen appellatur à Tertulliano in lib. de pallio;

ita

ita Christus suo verbo & merito dealbat corda ho-
minum & a peccatis depurgat Esa, 1. 18 1 Ioh. 15.
7. Galatinus herbam fullonum vocat, Arabicè
Gazum. Alij smegma vocant, ut Rabbi David
Kimchi: quemadmodum & usurpatur Ier. 2, 22.
Christus enim purificat credentes Act, 15, 9. ver-
bo Ioh. 15, 3. baptismo Ephes. 5, 26. & sanguine
1. Ioh. 1, 7.

12. De populo ejusq; tum benevolentia
in oblatione v. 3. In quo antecedens per rece-
ptionem respectu Christi, quod sessurus sit con-
flans & emundans argentum: nempe simile est pe-
tium ab aurifabro: quemadmodum enim in offi-
cina sedet aurum & argentum defecat & a scori-
is depurgat; Ita etiam Christus, quo denotetur
ejus sedulitas, dum nullum inquinatum intrare
potest in regnum caelorum Apoc. 21, 26.

13. Respectu populi, quod sit purgaturus
filios Levi & colaturus eos. Per hos intelli-
guntur per synechdochen omnes pij, qui sunt genus
electum, regale sacerdotium 1. Pet. 2, 9. & quia
multi Levitae conversi sunt ad Christum; Barna-
bas Act 4, 36. de quibus Lucas Act. 6, 7. Etiam
intelliguntur mysticè Apostolorumq; discipuli,
qui sunt filij Levi non V. sed N Testamenti, poste-
ri non Aaronis, sed Christi. Per ignem verò non
intelligitur purgatorius, ut voluit Bellarmi-
nus, dum filij

Filij Levi dicuntur purgandi, quos interpretatur
esse missifices lib. 1 de Missa c. 10 cum tamen
omnes sint purgandi & colandi.

14. Consequens est & erunt Domino sa-
crificium offerentes in Justitiâ: nempe propter
ea colabuntur & purgabuntur, ut sacrificia offerant
spiritualia, quia in spiritu & veritate sunt offe-
renda Ioh. 4, 23.

15. Tum in Dei approbatione v. 4. In quo
partim ostendit factum, quod sit placi-
turum Domino istud, dulce & gratum futurum
propter Filium dilectum, in quo omne beneplaci-
tum ejus recumbit Matth. 3, v. ult. Ut per Iudam
& Ierusalem omnes Christiani spiritualiter intel-
ligantur. Partim continet modum secundum
diem seculi & secundum annos antiquos, nem-
pe ita placebit, uti quondam quando religio non
ita erat depravata, sed sacrificia à fidelibus obla-
ta per fidem in futurum Messiam Gen 4, 5. pro-
ptereaq; Deo gratissima Gen. 8, 21.

HINC NOTA

I.

Ecce præparabit viam) Considera Christum
non venisse ante præcursores præparantes viam
Domino, ut discas Christum non adventare, nisi
per penitentiam præparis viam.

II.

II.

Veniet ad templum) Considera Christum venire quidem, sed ad templum, ut discas cor preparare tanquam templum, Christum si vis tibi presentem.

III.

Purgabit filios Levi) Considera purgandum esse ut placeat sacrificium ut discas Deo non placere sacrificium labiorum nostrorum nisi purgentur.

Quæstiones Philologicæ ex Evangelio,

I.

Quo tempore hoc festum sit introductum?

Magdeburgenses Centuriatores, Centuria 6. attribuunt Papæ Vigilio, qui vixit circa annum 538. Jacobus De Voragine Gregorio M. qui vixit circa annum 560. Petrus de Natalibus Sergio, qui vixit circa annum 689. Sed hæc discrepantia tollitur, si statuatur Purificationis Mariæ solennitatem in festa relatam contra pestilentiam Constantinopolitanam sub Vigilio, ceris illustratam à Sergio, & processione honoratam à Gregorio M.

II.

Cur Mariæ se huic legi subjecerit?

Beda

Beda venerabilis in C. 2. Luc. Tom 5. in-
quit à lege immunem fuisse Mariam, sed fuisse ad
testificandam 1. suam erga Deum & legem ipsius
obediëntiã 2. ad præscindendum quodvis scanda-
lum 3. ad declarandam suam erga Deum pro ex-
hibitione Filij gratitudinem. Et quia deniq; Chri-
stus pro nobis factus peccatum. ejusdemq; pur-
gationem per semetipsam facere voluit.

III.

Quare responsum factum Simeoni?

Niceph. lib. c. 12. hist. Ecclesiast. com-
memorat Simeoni anxie vaticinium Esa. 7, 15.
ecce virgo &c meditati angelum adstitisse, &
non prius ipsum è vinculis hujus vite iri dimissum
quam oculis suis vidisset, & publicum ei testimoni-
um dedisset, affirmasse.

IV.

An rectè Lutherus *Qui lesta?*

Ita vox ἀναλύει omninò usurpatur! sive
enim sit metaphora sumpta à militibus, quibus
complevis vigiliarum horis potestas conceditur ad
castra redeundi; sive ab agricolis, qui equos labo-
ribus defatigatos jugo dissolvunt; sive a viatori-
bus, qui iter ingressuri diversoriũ expectant. Ae-
què Simeon adventante præfinita hora potestatem
ad caelestia castra migrandi petit, & solutionem

Amiserat vitæ iugo orat, ut ad certum habitaculum perveniat. Ita Septuaginta usurparunt de morte Aronis Num. 20, 24. Gen. 15, 2. Paulus vocat ἀναλύειν Phil. 1, 23.

Ad Respondentem

Iohannes prodromus germanus & angelus
Ceu Malachia pagina vatis habet. (idem
Angelus iste meus, quem mitto Jehova subinde
Dixit, ut is mihi nunc prepararet usq; viam.
Et templum mora nulla, suum Salvator adibit,
Quem desideris queritis, ipse adest.
Angelus is testamenti. Num vultis eundem,
Optatisq; simul cœlitus huncce dari?
Ecce venit! Dominus dicit Deus ille Zebaoth,
Adventusq; potest quis tolerare diem?
Anne videre potest quis? conflatorius ignis
Est, & fullonis nobile smegma velut.
Is sedet ad flammam, argentum purgat & aurum
Levi, defecans percolat omne malum.
Ne sine qui sacris operentur inusq; Jehova,
Cui iuste q; ferant munera grata Deo.
Et Domino rursus velut ante sacra placebunt
Qua Solyme sacrat, qua quoq; Juda facit.
Talia nunc repetit DEUTSCHMAN. Simul offe-
Vir Germanus in his angelus esse potest. (rat
Gueinzius (ipso

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Th. 4968

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

7

CIARUM
LICARUM
IVALIUM
atio Septima
ÆSIDE
NO GUEINZIO
ymnafii Hallensis
bondente
eutschmann Jutrebogâ
Saxone
PURIFICATIONIS
MARIÆ
DC. XLIII.
IS SAXONUM
istophori Salfeldi.